



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 63. Papiensis Cardinalis a Rothomagensi deficit

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

„ ut nullus ultra Pontifex nisi natione
 „ Gallus eligi possit. Quis vero tibi sen-
 „ sus, quod Virum, qualis est Rothoma-
 „ gensis Archiepiscopus, in Christi Vica-
 „ rium nominari contendas? nec tibi
 „ Religio, nec pietas, nec iustitia, minus
 „ prudentia, ac iudicium ultra inesse vi-
 „ detur. *De Persona, te ipsum appello, qui*
toties mortem praelegisti quam electioni assen-
tiri Rothomagensis. Si Papam dicimus,
nonne in faucibus lupi ovem ponimus? For-
san ex dæmone est mutatus in Angelum; vel
tu ex Angelo es mutatus in dæmonem, &
 „ Angelum tenebrarum; ita esse merito
 „ conjicimus, eo quod avaritiam atque
 „ ambitionem hujus Viri approbes. U-
 „ bi jam in te est amor patriæ tuæ, quam
 „ olim cunctis terræ Nationibus prætu-
 „ leras; hanc, ni fallor, dereliquisses nun-
 „ quam, etsi carissimos quoque amicos
 „ tuos adversus eam conspirare vidisses.
 „ Egregie prorsus decepisti me, aut po-
 „ tius temetipsum, quinimo & ipsam pa-
 „ triam tuam prodes, ni brevi ab errore
 „ tuo resipiscas. „

§. LXIII.

Papiensis Cardinalis a Rothomagensi deficit.

Ad hæc obmutuit Papiensis Cardinalis,
 & vix lacrimis imperans, tandem in

M m 2

hæc

Sæcul. XV. hæc verba inter suspiria prorupit: *Fidem*
A.C. 1458. *dedico, Ænea, quam si violavero, proditor*
efficiar, Æneas reposuit, Oppido in hoc di-
scrimine existimatio tua est, ut vel Rotho-
magensem prodas, vel Ecclesiam. His ver-
bis Papiensis plene expugnatus, potius
Gallorum partes, quam Ecclesiam dese-
rere pollicitus est.

§. LXIV.

Æneas a Cardinale tit. S. Mariæ novæ
in Papam propositus.

Interim cum Cardinalis S. Mariæ novæ
 Gallorum conjurationem pro Cardi-
 nale Rothomagensi, cui aliunde infensus
 erat, probe cognosceret, ac de sua ele-
 ctione desperaret, Cardinalibus Italis (u-
 no excepto Prospero Columna) ad Ge-
 nuensis Cardinalis cubiculum convocatis
 exposuit, quæ mala timenda essent, si
 Rothomagensem eligerent, hinc eos ad-
 hortatus est, ut seposito timore, ac spreto
 propriæ utilitatis lenocinio potius Eccle-
 siæ salutem præferrent, & Italiam laben-
 tem respicerent, cui non aliter subveniri
 posset, quam Æneæ Piccolominæi Cardi-
 nalis Senensis electione; cum hic vir es-
 set natione Italus, meritis plenus, &
 sustinendæ huic dignitati ceteris omnibus
 magis idoneus. Septem, qui ibi ad-
 stabant, Cardinalibus videbatur justa sen-
 tire,